

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**M. Tullii Ciceronis XII. Orationes Selectae, juxta  
Recensiones optimas emendatae Et cum Notis perpetuis  
ac luculentis instar Commentarii ad modum**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Lipsiae, 1735**

**VD18 12833770**

Oratio III. quae est Pro Q. Ligario.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18041**

## ORATIO III.

quae est

## PRO Q. LIGARIO.

Argumentum Orationis pro Ligario.

**E**X hac Oratione constat, quod Tubero, vel Pansa pater eius, Ligarium vehementer accusarit, tanquam Africam tenuerit contra Caesarem, eamque Pompeianis Regique Iubae seruarit, Tuberone, a Senatu eo missō, excluso. Cicero negat quidem Ligarium illa culpa teneri, aut saltim minus quam ipse Tubero, quippe qui Africam mox traditurus fuisset Pompeianis, quandoquidem a Varo, Africam tenente, terra prohibitus querelas suas detulit ad Cn. Pompeium. Sed submissione & deprecatione solitae Caesaris clementiae magis nititur orator.

Status sunt duo: Defensio & Deprecatio.


Partes Quatuor: Exordium, Narratio, Contentio, Peroratio.

Stylus dicendi hic mediocris, acutus & subtilis.

Habita Oratio Caesare ex Africa victore redeunte, A. V. C. 707. Iulio Caesare III. M. Aemilio Coss. cum Cicero annum aetatis LXI. ageret.

Genus est iudiciale, quatenus accusatur & defenditur Ligarius.

Euentus fuit talis, ut Caesar permotus hac oratione ad Clementiam absolverit crimen Ligarium.



A.D.O

ORA-

ORATIO III.  
PRO Q. LIGARIO  
AD C. CAESAREM.

## CAPVT I.

**N**ouum<sup>1</sup> crimen<sup>2</sup> Caesar, & ante hunc diem  
inauditum, propinquus<sup>3</sup> meus ad te Q. Tu-  
bero detulit<sup>4</sup>, Q. Ligarium in Africa fuisse:  
idque C. Pansa, praestanti vir ingenio, fretus for-  
tasse ea familiaritate, quae est ei tecum<sup>5</sup>, ausus est  
confiteri<sup>6</sup>. Itaque, quo me vertam nescio. Paratus  
enim<sup>7</sup> veneram, cum tu<sup>8</sup> id<sup>9</sup> neque per te<sup>10</sup> sci-  
res, neque audire aliunde potuisses, ut ignoratio-  
ne tua ad hominis miseri salutem abuterer<sup>11</sup>:  
sed quoniam diligentia inimici inuestigatum<sup>12</sup>  
est, quod latebat<sup>13</sup>: confitendum est, vt opinor:  
praesertim cum meus necessarius, C. Pansa, fecerit,  
vt id iam integrum non esset<sup>14</sup>; omissaque<sup>15</sup> con-  
trouersia, omnis oratio ad misericordiam tuam<sup>16</sup> con-

<sup>1</sup> Hactenus inauditum, insolitum. <sup>2</sup> delictum, pecca-  
tum. <sup>3</sup> cognatus vel vicinus. <sup>4</sup> indicauit. <sup>5</sup> quam ipse te-  
cum habet. <sup>6</sup> confirmare. <sup>7</sup> instructus. <sup>8</sup> Caesar. <sup>9</sup> quod  
Ligarius fuerit in Africa. <sup>10</sup> ex te ipso hoc scire non po-  
tuisti, nisi ab aliis esset relatuum. <sup>11</sup> vt tibi persuaderem,  
Ligarium non fuisse in Africa, quoniam tu rem totam  
ignorabas; vt hae ratione homo miser conseruaretur. <sup>12</sup>  
detectum. <sup>13</sup> quod nemo alias sciebat. <sup>14</sup> vt iam non li-  
ceat amplius negare factum Ligarii. <sup>15</sup> iamque ego omit-  
tam omnem litem de facto Ligarii.

<sup>16</sup> conferenda <sup>17</sup> est, qua <sup>18</sup> plurimi sunt conser-  
uati, cum a te non liberationem culpae <sup>19</sup>, sed er-  
tati <sup>20</sup> veniam impetravissent. Habes igitur, Tu-  
bero, quod est accusatori maxime optandum,  
confitentem reum <sup>21</sup>; sed tamen ita confitentem,  
se in ea parte <sup>22</sup> fuisse, qua <sup>23</sup> te, Tubero, qua vi-  
rum omni laude dignum, patrem tuum. Itaque  
prius de vestro delicto confiteamini necesse est,  
quam Ligarii vllam culpam reprehendatis. Q.  
enim Ligarius, cum esset adhuc nulla belli <sup>24</sup> su-  
spicio, legatus <sup>25</sup> in Africam cum C. Considio  
profectus est: qua in legatione <sup>26</sup> & ciuibus <sup>27</sup>,  
& sociis ita se probauit <sup>28</sup>, vt decedens Considius  
prouincia, satisfacere hominibus <sup>29</sup> non posset, si  
quemquam alium <sup>30</sup> prouinciae praefecisset <sup>31</sup>.  
Itaque Q. Ligarius, cum diu recusans nihil pro-  
fecisset, prouinciam <sup>32</sup> accepit inuitus <sup>33</sup>: cui sic  
praefuit in pace, vt & ciuibus, & sociis gratissi-  
ma esset eius integritas <sup>34</sup> & fides <sup>35</sup>. Bellum su-  
bito

<sup>16</sup> o ! Caesar. <sup>17</sup> conuertenda est. <sup>18</sup> misericordia  
tua. <sup>19</sup> delicti, criminis. <sup>20</sup> lapsus, erroris humani. <sup>21</sup>  
reum & peccatorem, qui culpam suam sponte confitetur.  
<sup>22</sup> Pompeii. <sup>23</sup> in qua parte ego scio fuisse te, & patrem  
tuum. <sup>24</sup> ciuilis inter Caesarei & Pompeium. <sup>25</sup> socius  
Proconsulis vel affecula, eius Vicarius, Lieutenant. <sup>26</sup> of-  
ficii legati. <sup>27</sup> negotiatoribus Romanis, qui in Prouincia  
legati. <sup>28</sup> ita bene se gessit apud ipsos. <sup>29</sup> ciuium deside-  
rio. <sup>30</sup> quum quidem Ligarium. <sup>31</sup> frustra preces suas  
impenderet. <sup>32</sup> eius administrationem. <sup>33</sup> illubener-  
ter, contra voluntatem suam. <sup>34</sup> morum aequabilitas,  
continentia. <sup>35</sup> honestas, constantia in promissis.

36 COE

bito exarsit <sup>36</sup>, quod <sup>37</sup> qui <sup>38</sup> erant in Africa, ante  
<sup>39</sup> audierunt geri, quam parari. Quo auditio <sup>40</sup>,  
partim cupiditate inconsiderata, partim coeco  
quodam timore, primo salutis, post etiam studii  
<sup>41</sup> sui, quaerebant aliquem ducem? cum Ligari-  
rius domum spectans <sup>42</sup>, & ad suos redire cu-  
piens, nullo se implicari negotio passus est <sup>34</sup>.  
Interim P. Accius Varus, qui praetor Africam  
obtinuerat, Uticam <sup>44</sup> venit: ad eum statim con-  
cursum <sup>45</sup> est. Atque ille non mediocri cupi-  
ditate arripuit imperium <sup>46</sup>, si <sup>47</sup> illud imperium  
esse potuit, quod ad priuatum <sup>48</sup>, clamore multi-  
tudinis <sup>49</sup> imperitiae, nullo publico consilio defe-  
rebatur <sup>50</sup>. Itaque Ligarius, qui omne tale <sup>51</sup> ne-  
gotium cuperet effugere <sup>52</sup>, paulum aduentu Vari  
conquieuit <sup>53</sup>.

<sup>36</sup> coepit. <sup>37</sup> bellum ciuile Caesaris. <sup>38</sup> illi qui. <sup>39</sup> pri-  
us, ciues. <sup>40</sup> cum de hoc bello passim iam rumor esset.  
<sup>41</sup> fauoris erga Pompeium. <sup>42</sup> redire cupiens Romanum ex  
provincia. <sup>43</sup> non potuit persuaderi, vt aut Pompeii aut  
Caesaris partes teneret. <sup>44</sup> quae erat primaria Africæ mi-  
noris vrbs, post Carthaginem expugnatam. <sup>45</sup> incolæ  
concurrenunt. <sup>46</sup> in prouinciam, contra Caesarem. <sup>47</sup>  
si modo, si alias. <sup>48</sup> ad hominem priuatum, qui nulla  
auctoritate publica ad id erat instructus. <sup>49</sup> plebis. <sup>50</sup> tra-  
debatur. <sup>51</sup> tam periculosem. <sup>52</sup> vitare. <sup>53</sup> abstinuit a  
gubernatione prouinciae.

## CAPVT II.

**A**Dhuc <sup>1</sup>, C. Caesar, Q. Ligarius omni culpa va-  
cat <sup>2</sup>. Domo est egressus <sup>3</sup> non modo nullam  
ad

<sup>1</sup> Hic dum vsque. <sup>2</sup> liber est. <sup>3</sup> ex Roma est profe-  
etus Legatus Considii.

<sup>4</sup> Vi-



ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspicio-  
nem belli: legatus <sup>4</sup> in pace profectus, in prouin-  
cia pacatissima ita se gessit, ut ei pacem esse expe-  
diret <sup>5</sup>. Profectio <sup>6</sup> certe animum tuum non de-  
bet offendere. Num <sup>7</sup> igitur remansio? multo  
minus. Nam profectio voluntatem <sup>8</sup> habuit non  
turpem: remansio etiam <sup>9</sup> necessitatem hone-  
stam. Ergo haec duo tempora carent <sup>10</sup> crimi-  
nie: vnum <sup>11</sup>, cum <sup>12</sup> est legatus profectus: alte-  
rum, cum efflagitatus <sup>13</sup> a prouincia praepositus  
Africæ est. Tertium est tempus, quo post aduen-  
tum Vari in Africa restitit: quod <sup>14</sup> si est criminio-  
sum, necessitatis crimen est, non voluntatis.  
An ille <sup>15</sup>, si potuisset illinc <sup>16</sup> vlo modo euad-  
dere, Uticae potius, quam Romae: cum P.  
Accio <sup>17</sup>, quam cum concordissimis <sup>18</sup> fratri-  
bus: cum alienis <sup>19</sup> esse, quam cum suis ma-  
luisset? cum ipsa legatio <sup>20</sup> plena desiderii ac  
solicitudinis fuisset propter incredibilem quen-  
dam fratrum amorem: hic <sup>21</sup> aequo <sup>22</sup> animo  
esse potuit, belli discidio <sup>23</sup> distractus a fratribus?  
Nullum igitur habes, Caesar, adhuc in Q. Ligario  
signum.

<sup>4</sup> Vicarius. <sup>5</sup> summe vtile esset. <sup>6</sup> Ligarii. <sup>7</sup> num vero  
te offendit remansio Ligarii in Prouincia? <sup>8</sup> intentionem.  
<sup>9</sup> habuit. <sup>10</sup> libera sunt ab omni culpa. <sup>11</sup> tempus. <sup>12</sup>  
quando Ligarius. <sup>13</sup> multis precibus sollicitatus & expe-  
titus a ciuibus. <sup>14</sup> quod tertium tempus. <sup>15</sup> an ille Liga-  
rius maluisset esse potius Uticae quam Romae? <sup>16</sup> ex Afri-  
ca. <sup>17</sup> an ille maluisset esse cum P. Accio &c. <sup>18</sup> cum fratri-  
bus suis, cum quibus in summa concordia viuit. <sup>19</sup> pere-  
grinis. <sup>20</sup> officium legati, vicariatus. <sup>21</sup> noster Ligarius.  
<sup>22</sup> laeto bonoque. <sup>23</sup> per discordiam.

<sup>24</sup> odii

signum alienae <sup>24</sup> ate voluntatis , cuius <sup>25</sup> ego causam, animaduerte quaeſo , qua fide defendam, cum prodo meam <sup>26</sup>. O clementiam admirabilem, atque omni laude, praedicatione, litteris <sup>27</sup>, monumentisque decorandam ! M. Cicero apud te defendit , alium <sup>28</sup> in ea voluntate non fuisse <sup>29</sup>, in qua ſe ipsum conſitetur <sup>30</sup> fuiffe : nec tuas tacitas <sup>31</sup> cogitationes extimescit: nec <sup>32</sup>, quid tibi de alio audienti <sup>33</sup> de ſe <sup>34</sup> ipſo occurrat <sup>35</sup>, reformidat <sup>36</sup>.

<sup>24</sup> odii erga te. <sup>25</sup> Ligarii. <sup>26</sup> causam: dum ipſe ego sponte Pompeium ſecutus sum, & tamen tu mihi ignouisti, Ligarius autem ex neceſſitate in prouincia remansit. <sup>27</sup> libris scriptis. <sup>28</sup> hunc Ligarium. <sup>29</sup> non habuiffe talem voluntatem & animum. <sup>30</sup> Cicero ipſe conſitetur. <sup>31</sup> ſecretas, occultas. <sup>32</sup> & non reformidat. <sup>33</sup> qui auſis de Ligario nunc dici. <sup>34</sup> Cicerone. <sup>35</sup> in mentem veniat. <sup>36</sup> extimescit.

## CAPVT III.

**V**ide, quam non <sup>1</sup> reformidem: vide, quanta lux <sup>2</sup> liberalitatis <sup>3</sup> & sapientiae tuae mihi <sup>4</sup> apud te dicenti oboriatur. Quantum potero, voce contendam <sup>5</sup>, vt hoc populus R. exaudiat. Suscepto bello <sup>6</sup>, Caesar, gesto <sup>7</sup> etiam ex magna parte, nulla <sup>8</sup> vi coactus, iudicio ac voluntate <sup>9</sup> ad ea arma profectus sum, quae erant sumta contra te. Apud quem igitur hoc dico? nempe apud eum, qui cum hoc sci-

<sup>1</sup> Quomodo ſine omni metu nunc verba faciam. <sup>2</sup> cognitio. <sup>3</sup> beneficij. <sup>4</sup> nunc dicenti. <sup>5</sup> clamabo. <sup>6</sup> postquam bellum iam coeptum erat. <sup>7</sup> bello. <sup>8</sup> ego nulla. <sup>9</sup> sponte ac cum conſilio.

<sup>10</sup> eti

ret<sup>10</sup>, tamen me, antequam vidit, reip. reddit<sup>11</sup>: qui ad me ex Aegypto literas misit, vt essem idem, qui fuisset<sup>12</sup>: qui cum ipse imperator in toto imperio populi R. unus esset<sup>13</sup>, esse<sup>14</sup> me alterum passus est<sup>15</sup>: a quo<sup>16</sup>, hoc ipso<sup>17</sup> C. Pansa mihi nuncium perferente, concessos fasces<sup>18</sup> laureatos<sup>19</sup> tenui<sup>20</sup>, quoad<sup>21</sup> tenendos putauit: qui mihi tum<sup>22</sup> denique se salutem putauit dare, si eam nullis spoliata ornamenti<sup>23</sup> dedit<sup>24</sup>. Vide, quae<sup>25</sup>so, Tuber<sup>26</sup>, vt<sup>27</sup>, qui de meo facto non dubitem<sup>28</sup> dicere, de<sup>29</sup> Ligarii non audeam confiteri. Atque haec propterea de me dixi, vt mihi Tuber<sup>30</sup>, cum de se<sup>31</sup> eadem<sup>32</sup> dicerem, ignosceret<sup>33</sup>, cuius ego industriae gloriaeque faueo<sup>34</sup>, vel propter propinquam cognationem, vel quod eius ingenio, studiisque delector<sup>35</sup>, vel quod laudem adolescentis propinquique existimo etiam ad meum aliquem fructum<sup>36</sup> redundare<sup>37</sup>. Sed hoc quaero<sup>38</sup>, quis putet esse<sup>39</sup> crimen, fuisse in Africa Ligarium?

<sup>10</sup> etsi haec cunctia mea facta sciebat. <sup>11</sup> restituit in pristinam dignitatem. <sup>12</sup> vt eosdem honores reciparem, quos olim habuisset. <sup>13</sup> solus. <sup>14</sup> tamen & essem ego & appellarer alter Imperator. <sup>15</sup> concessit, sicut, permisit. <sup>16</sup> Caesare. <sup>17</sup> dum hic ipse praesens Pansa nuncium hoc ad me tulit. <sup>18</sup> insignia Consularis officii. <sup>19</sup> triumphales. <sup>20</sup> obtinui. <sup>21</sup> quamdiu. <sup>22</sup> hac ratione. <sup>23</sup> honoribus pristinis. <sup>24</sup> quomodo ego, Ironia. <sup>25</sup> verear, <sup>26</sup> facto. <sup>27</sup> Tuberone. <sup>28</sup> idem factum narrarem. <sup>29</sup> non irasceretur. <sup>30</sup> non inuideo, libenter video, Tuberonem & diligentem esse & gloriae cupidum. <sup>31</sup> gaudium capio. <sup>32</sup> utilitatem, commodum. <sup>33</sup> peruenire. <sup>34</sup> interrogo, scire cupio. <sup>35</sup> quod Ligarius fuerit.

36 pugnare

nempe is<sup>36</sup>, qui & ipse in eadem Africa esse volebat, & prohibitum se a Ligario queritur, & certe contra ipsum Caesarem est congressus<sup>37</sup> armatus. Quid enim, Tubero, districtus<sup>38</sup> ille tuus in acie<sup>39</sup> Pharsalica gladius agebat? cuius latus<sup>40</sup> ille mucro petebat<sup>41</sup>? qui sensus<sup>42</sup> erat armorum tuorum? quae tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Nimis urgeo<sup>43</sup>; commoueri<sup>44</sup> videtur adolescens<sup>45</sup>: ad me reuertar: iisdem in armis fui<sup>46</sup>.

<sup>36</sup> putat fuisse crimen. <sup>37</sup> pugnauit. <sup>38</sup> nudus, e vagina eductus. <sup>39</sup> in qua victus est Pompeius. <sup>40</sup> nisi Caesaris<sup>41</sup> ferire, pungere, perfodere cupiebat. <sup>42</sup> scopus, intentio. <sup>43</sup> plura fortassis dico, quam necesse est. <sup>44</sup> contremiscere. <sup>45</sup> Tubero accusator. <sup>46</sup> dum secutus sum Pompeium.

## CAPVT IV.

**Q**uid autem aliud egimus, Tubero, nisi, vt, quod hic<sup>1</sup> potest, nos<sup>2</sup> possemus? Quorum igitur impunitas, Caesar, tuae clementiae laus est, eorum ipsorum ad crudelitatem te acueroratio<sup>3</sup>. Atque in hac causa nonnihil<sup>4</sup> equidem, Tubero, etiam tuam, sed multo magis patris tui prudentiam desidero<sup>5</sup>: quod homo cum ingenio, tum etiam doctrina excellens, genus hoc causae quod esset<sup>6</sup>, non vide-

ric

<sup>1</sup> Caesar. <sup>2</sup> qui stetimus a partibus Pompeii. <sup>3</sup> constructio & sensus est: an vero Oratio eorum acuet & instigabit te, Caesar, ad crudelitatem, quibus clementiam tuam cum summa tua iude de monstrasti? <sup>4</sup> quodammodo. <sup>5</sup> requiro. <sup>6</sup> quale esset.

7 ex-

rit 7. Nam, si vidisset 8, quouis 9, profecto, quam illo modo, a te 10 agi maluisset. Arguis 11 fatentem? non est satis. Accusas eum, qui causam habet, aut, vt ego dico, meliorem, quam tu: aut, vt tu vis, parem 12. Haec admirabilia sunt, sed prodigio 13 simile est, quod dicam. Non habet eam vim 14 ista accusatio, vt Q. Ligarius condemnetur, sed vt necetur. Hoc 15 egit ciuis Romanus ante te nemo. Externi 16 isti sunt mores: vsque ad sanguinem incitari 17 solet odium aut leuum 18 Graecorum, aut immanium 19 barbarorum. Nam quid aliud agis? vt Romae ne sit 20? vt domo careat 21? ne cum optimis fratribus, ne cum hoc T. Broccho, auunculo 22 suo, ne cum eius filio consobrino 23 suo, ne nobiscum viuat? ne sit in patria? num 24 est? num potest magis carere his omnibus, quam caret? Italia prohibetur 25, exsulat: Non tu ergo hunc 26 patria priuare, qua caret, sed vita vis 27. At illud 28 ne apud eum

7 expenderit. 8 expendisset hoc genus caussae. 9 quo-  
vis alio modo. 10 Tuberone filio suo. 11 accusas Ligari-  
um, qui tamen fatetur suum crimen. 12 qui pari in culpa  
tecum est. 13 miraculo, monstro simile, prorsus incredi-  
bile. 14 intentionem, voluntatem. 15 tale quid. 16  
barbari, non ciuiles, non Romani. 17 Incendi, instigari.  
18 leichtfnnig. 19 crudelium. 20 an vero hoc agis &  
intendis, vt Romae Ligarius non sit? 21 exul sit. 22 fra-  
tre matris. 23 consobrini sunt duarum sororum filii. 24  
estne vero Ligarius iam in patria? 25 non licet ipsi in Ita-  
liam venire. 26 Ligarium. 27 intendis, cupis. 28 tam  
crudelem occasionem.

29 Sed

um quidem dictatorem <sup>29</sup>, qui omnes, quos oderat, morte multabat, quisquam egit isto modo. Ipse <sup>30</sup> iubebat occidi, nullo postulante : praemiis <sup>31</sup> etiam inuitabat <sup>32</sup>, quae tamen crudelitas ab hoc eodem <sup>33</sup> aliquot annis post, quem tu nunc crudelis esse vis <sup>34</sup>, vindicata est <sup>35</sup>.

---

<sup>29</sup> Syllam summum gubernatorem reipublicae Romanae. <sup>30</sup> Sylla, non aliis vero ipsum persuadebat ad caedes. <sup>31</sup> proscriptione & venditione bonorum, quae illis dabantur, qui proscriptos & exiles interfecerant. <sup>32</sup> adiiciebat ad interficiendum proscriptos. <sup>33</sup> I. Caesare. <sup>34</sup> cupis. <sup>35</sup> punita, castigata.

## CAPVT V.

Ego vero istud <sup>1</sup> non postulo, inquies <sup>2</sup>. Ita me hercule <sup>3</sup> existimo, Tubero. Noui enim te, noui patrem, noui domum, nomenque vestrum : studia <sup>4</sup> denique generis <sup>5</sup>, ac familliae vestrae, virtutis, humanitatis, doctrinae, plurimarum artium atque optimarum, nota sunt mihi omnia. Itaque certo scio, vos non petere <sup>6</sup> sanguinem : sed <sup>7</sup> parum attenditis. Res enim eo spectat <sup>8</sup>, vt ea <sup>9</sup> poena, in qua adhuc Q. Ligarius sit, non videamini esse contenti. Quae est <sup>10</sup> igitur alia, praeter mortem? Si enim in exilio est, sicuti est, quid amplius postulatis <sup>11</sup> an, ne ignoscatur <sup>11</sup>? Hoc vero mul-

to

---

<sup>1</sup> Ut Ligarius occidatur. <sup>2</sup> tu Tubero. <sup>3</sup> profecto. <sup>4</sup> mores, exempla. <sup>5</sup> gentis, familliae. <sup>6</sup> postulare. <sup>7</sup> sed vos tractatis rem considerate, & parum prudenter. <sup>8</sup> totus orationis vestrae scopus videtur esse. <sup>9</sup> cum ea poena exilii. <sup>10</sup> quenam igitur alia poena superest. <sup>11</sup> an id forte postulatis, vt Caesar Ligario non ignoscatur.

D

<sup>12</sup> cru-

to aerbius,<sup>12</sup> multoque est durius. Quod<sup>13</sup> nos domi<sup>14</sup> petimus, precibus & lacrymis, prostrati ad pedes<sup>15</sup>; non tam nostrae causae fidentes, quam huius<sup>16</sup> humanitati: id ne impetremus, pugnabis<sup>17</sup>? & in nostrum fletum irrumpes<sup>18</sup>? & nos iacentes<sup>19</sup> ad pedes, supplicum voce prohibebis<sup>20</sup>? Si, cum<sup>21</sup> hoc domi faceremus, quod & fecimus, &, vt spero, non frustra fecimus, tu derepente<sup>22</sup> irrupisses, & clamare coepisses: CAESAR, CAVE IGNOSCAS<sup>23</sup>, CAVE TE FRATRVM PRO FRATRIS SALVTE OBSECRANTIVM MISEREATVR<sup>24</sup>: nonne omnem humanitatem<sup>25</sup> exuisses<sup>26</sup>? quanto hoc durius<sup>27</sup>, quod nos domi<sup>28</sup> petimus, id a te in foro<sup>29</sup> oppugnari<sup>30</sup>? & in tali miseria multorum perfugium misericordiae tollere<sup>31</sup>? Dicam plane<sup>32</sup>, C. Caesar, quod sentio. Si in hac tanta tua fortuna lenitas<sup>33</sup> tanta non esset, quantam tu per te<sup>36</sup>, per te, in-

---

<sup>12</sup> Crudelius. <sup>13</sup> quam Caesaris clementiam, <sup>14</sup> Romae. <sup>15</sup> Caesaris. <sup>16</sup> Caesaris. <sup>17</sup> tune pugnabis & operam dabis, vt hanc clementiam non impetremus? <sup>18</sup> & importune turbabis nos, dum postulamus lacrymis Ligarii salutem? <sup>19</sup> qui iacemus, prostrati sumus. <sup>20</sup> tu prohibebis nos, ne supplices oremus pro Ligario? <sup>21</sup> quando<sup>22</sup> inopinato, confessim, praeter opinionem. <sup>23</sup> noli ignoscere. <sup>24</sup> noli misericors esse erga fratres Ligarii, qui obsecrant pro salute fratri sui. <sup>25</sup> humanos mores. <sup>26</sup> abiecisses. <sup>27</sup> crudelius est. <sup>28</sup> priuatim. <sup>29</sup> publice. <sup>30</sup> prohiberi, impediri. <sup>31</sup> & quod tu tollis perfugium misericordiae, quod solum tot miseris restat adhuc. <sup>32</sup> aperitis verbis. <sup>33</sup> clementia. <sup>34</sup> natura tua.

<sup>35</sup> pos-

inquam, obtines<sup>35</sup> (intelligo<sup>36</sup>, quod loquar) acerbissimo luctu<sup>37</sup> redundaret ista victoria. Quiam multi enim essent de<sup>38</sup> victoribus, qui te crudelem esse vellent, cum<sup>39</sup> etiam de victis reperiantur quam multi<sup>40</sup>, qui<sup>41</sup> cum a te nemini ignosci vellent, impedirent clementiam tuam, cum etiam ii, quibus ipse ignouisti, nolint te in alios<sup>42</sup> esse misericordem? Quod si probare<sup>43</sup> Caesari possemus, in Africa Ligarium omnino non fuisse; si honesto, & misericordi<sup>44</sup> mendacio, saluti eius calamitosi consultum esse<sup>45</sup> vellemus: tamen hominis non esset<sup>46</sup>, in tanto discrimine<sup>47</sup> & periculo ciuis, refellere & coarguere<sup>48</sup> nostrum mendacium? &, si esset alicuius<sup>49</sup>, eius certe non esset<sup>50</sup>, qui in eadem causa<sup>51</sup> & fortuna fuisse. Sed tamen aliud est errare Caesarem nolle<sup>52</sup>, aliud nolle misereri. Tum<sup>53</sup> dices: CAVE, CAESAR, CREDAS<sup>54</sup>. FVIT  
IN AFRICA LIGARIUS: TVLIT ARMA  
<sup>55</sup> CON-

---

<sup>35</sup> possides. <sup>36</sup> probe scio. <sup>37</sup> tu certe egis es crudeliter, & victoria tua praeberet nobis materiam plurimam lugendi. <sup>38</sup> ex ipsis. <sup>39</sup> cum etiam aliqui ex victis reperiantur, qui vellent te esse crudelem. <sup>40</sup> essent. <sup>41</sup> qui impedirent. <sup>42</sup> erga alios. <sup>43</sup> affirmare, ostendere, persuadere. <sup>44</sup> per quod misericordia impetrari posset. <sup>45</sup> consulere, perspicere. <sup>46</sup> tamen hoc repugnaret humanis moribus. <sup>47</sup> periculo. <sup>48</sup> refutare. <sup>49</sup> si imo homo quispiam id facere deberet. <sup>50</sup> tamen & minimum ille hoc facere non deberet. <sup>51</sup> Pompeiana. <sup>52</sup> aliud est, Caesarem nolle. <sup>53</sup> tunc, si errare Caesar vellit, & credere, Ligarium in Africa non fuisse. <sup>54</sup> noli credere.

55 CONTRA TE. Nunc quid dicas? CAVE  
IGNOSCAS 56. Haec nec hominis 57, nec ad ho-  
minem 58 vox 59 est: qua<sup>60</sup> qui apud te, C. Cae-  
sar, vtetur, suam<sup>61</sup> citius abuiciet humanitatem,  
quam extorquebit<sup>62</sup> tuam<sup>63</sup>.

55 militauit, gessit bellum. 56 noli credere. 57 non est  
vox humana, vel homine digna. 58 qui misericors esse de-  
bet, non crudelis. 59 sermo, oratio. 60 vere. 61 in suum.  
62 ex animo euellet. 63 misericordiam.

## CAPVT VI.

**A**C primus aditus<sup>1</sup>, & postulatio Tuberonis  
haec, vt opinor, fuit, velle se de Q. Ligarii  
scelere dicere. Non dubito, quin<sup>2</sup> admiratus  
sis, vel quod de nullo alio quisquam<sup>3</sup> vel quod  
is, qui in eadem causa fuisset, vel quidnam  
nouii facinoris afferret. Scelus tu illud<sup>4</sup> vocas,  
Tubero? cur? isto enim nomine illa adhuc cau-  
sa caruit<sup>5</sup>: alii errorem appellant: alii timorem:  
qui durius<sup>6</sup>, spem, cupiditatem, odium, pertina-  
ciam: qui grauissime, temeritatem: scelus, praet-  
er te adhuc nemo<sup>7</sup>. Ac mihi quidem, si propri-  
um & verum nomen nostri mali<sup>8</sup> quaeratur<sup>9</sup>,  
fatalis<sup>10</sup> quaedam calamitas incidiisse videtur &  
improuidas hominum mentes occupauisse:

vt

<sup>1</sup> Propositio. <sup>2</sup> quis tu Caesar. <sup>3</sup> quod nemo alium  
accusaret, praeterquam hic Tubero Ligarium. <sup>4</sup> quod fa-  
cit Ligarius. <sup>5</sup> nemo autem hactenus scelus appellaui fa-  
ctum Ligarii. <sup>6</sup> illi qui durum nomen imponunt huic fa-  
cto, appellant illud spem &c. <sup>7</sup> appellauit. <sup>8</sup> infortunium.  
<sup>9</sup> postulatur. <sup>10</sup> a fato excitata, necessaria.

<sup>11</sup> aqua-

ut nemo mirari debeat, humana consilia diuina<sup>11</sup>  
necessitate esse superata. Liceat esse miseros<sup>12</sup>,  
quamquam hoc victore<sup>13</sup> esse non possumus<sup>14</sup>.  
Sed non loquor de nobis: de illis loquor, qui oc-  
ciderunt<sup>15</sup>. Fuerint<sup>16</sup> cupidi, fuerint irati,  
fuerint pettinaces: sceleris vero crimen, furo-  
ris, parricidii, liceat Pompeio mortuo, liceat  
multis aliis carere<sup>17</sup>. Quando hoc<sup>18</sup> quisquam  
ex te, Caesar, audiuit, aut tua quid aliud arma  
velauerunt, nisi a te<sup>19</sup> contumeliam propulsare  
<sup>20</sup>? quid<sup>21</sup> egit tuus ille intinctus exercitus,  
nisi ut suum ius tueretur<sup>22</sup>, & dignitatem tuam?  
quid<sup>23</sup> tu? cum<sup>24</sup> pacem esse cupiebas, idne  
agebas, vt tibi cum sceleratis, an vt cum bo-  
nis ciuibus conueniret<sup>25</sup>? Mihi vero, Caesar,  
tua in me maxima merita, tanta certe non vi-  
derentur, si me, vt<sup>26</sup> sceleratum, a te con-  
seruatum putarem. Quomodo autem tu de  
rep. bene meritus es, si tot sceleratos incolu-  
mi dignitate<sup>27</sup> esse voluisses? Secessionem<sup>28</sup>  
tu illam existimauisti, Caesar, initio<sup>29</sup>, non  
bel-

<sup>11</sup> a quadam diuina, a diis immissa. <sup>12</sup> ponamus, conce-  
damus, nos esse miseros. <sup>13</sup> dum Caesar nos vicit. <sup>14</sup> nos  
esse miseri. <sup>15</sup> mortui sunt. <sup>16</sup> concedamus, quod illi fue-  
runt. <sup>17</sup> sed hoc oportet vt dicamus, quod a criminē scele-  
ris, furoris, parricidii, non solum Pompeius iam mortu-  
us, sed multi etiam alii liberi sunt. <sup>18</sup> quod Pompeius  
commiserit scelus. <sup>19</sup> illatam tibi. <sup>20</sup> vindicare, propel-  
lere. <sup>21</sup> quid aliud. <sup>22</sup> defenderet. <sup>23</sup> quid porro dicam?  
<sup>24</sup> dum. <sup>25</sup> pacem faceres. <sup>26</sup> tanquam. <sup>27</sup> saluos, in-  
columes, conseruatos. <sup>28</sup> separationem ciuium in duas  
partes & factiones. <sup>29</sup> in principio.

bellum: non hostile odium, sed ciuile <sup>30</sup> dissidium <sup>31</sup>, utrisque <sup>32</sup> cupientibus remp. saluam, sed partim consiliis, pattim studiis <sup>33</sup> a communi utilitate aberrantibus. Principum <sup>34</sup> dignitas erat penepar? non par fortasse eorum qui sequebantur <sup>35</sup>: causa tum <sup>36</sup> dubia, quod <sup>37</sup> erat aliquid in vtraque parte quod probari <sup>38</sup> posset: nunc melior certe ea <sup>39</sup> iudicanda est, quam etiam dii adiunuerunt <sup>40</sup>. Cognita <sup>41</sup> vero clementia tua, quis non eam victoriam probet <sup>42</sup>, in qua occiderit <sup>43</sup> nemo, nisi armatus. <sup>44</sup>

<sup>30</sup> ciuium. <sup>31</sup> discordiam. <sup>32</sup> dum vtraque pars eu-  
piebat conseruare rempublicam. <sup>33</sup> fauore partium. <sup>34</sup>  
Pompeii ac Caesaris. <sup>35</sup> sed fortasse illi non erant pares  
dignitate, qui Caesarem & Pompeium sequebantur. <sup>36</sup>  
praeterea erat. <sup>37</sup> quoniam. <sup>38</sup> laudari. <sup>39</sup> causa Caesa-  
ris. <sup>40</sup> qui victoriam Caesari dederunt. <sup>41</sup> & postquam  
igitur cognouimus & vidimus tuam clementiam. <sup>42</sup> lau-  
det. <sup>43</sup> perierit. <sup>44</sup> ille tantum, qui in praelio contrate  
pugnauit.

## CAPVT VII.

**S**Ed, vt omittam <sup>1</sup> communem causam, veniamus  
ad nostram <sup>2</sup>: utrum <sup>3</sup> tandem existimas, facilius  
fuisse, Tubero, Ligario ex Africa exire, an <sup>4</sup> vobis in  
Africam non venire? Poteramusne <sup>5</sup>, inquis, cum  
se-

<sup>1</sup> Desinam dicere de bello ciuili, quae communis omni-  
um causa est. <sup>2</sup> ad causam Ligarii. <sup>3</sup> quemnam ex duabus.  
<sup>4</sup> an fuit vobis facilius? <sup>5</sup> in Africam venire.

<sup>6</sup> ita



senatus censuisset<sup>6</sup>? Si me consulis<sup>7</sup>, nullo modo<sup>8</sup>. Sed tamen Ligarium senatus item legauerat<sup>9</sup>. Atque ille eo tempore paruit<sup>10</sup>, cum parere senatui<sup>11</sup> necesse erat: vostum<sup>12</sup> paruistis, cum<sup>13</sup> paruit<sup>14</sup> nemo, qui noluit<sup>15</sup>. Reprehendo<sup>16</sup> igitur? minime vero. Neque<sup>17</sup> enim licuit aliter vestro generi, nomini, familiae, disciplinae<sup>18</sup>: sed hoc non concedo, vt, quibus rebus gloriemini in vobis, easdem<sup>19</sup> in aliis reprehendatis. Tuberonis fors coniecta est<sup>20</sup> ex S. C. cum ipse non ad esset, morbo etiam impediretur: statuerat<sup>21</sup> se excusare. Haec ego noui<sup>22</sup> propter omnes necessitates<sup>23</sup>, quae mihi sunt cum L. Tuberone: domi vna eruditi<sup>24</sup>, militiae contubernales<sup>25</sup>, post affines, in omni denique vita familiares. Magnum etiam vinculum<sup>26</sup>, quod iisdem<sup>27</sup> studiis semper usi sumus. Scio igitur, Tuberonem domi manere voluisse. Sed ita quidem<sup>28</sup> aiebat, ita  
seip.

---

<sup>6</sup> ita iussisset. <sup>7</sup> interrogas, in consilium adhibes. <sup>8</sup> hoc plane non facere poteratis. <sup>9</sup> in prouinciam miserat. <sup>10</sup> mandata Senatus obseruabit. <sup>11</sup> cuius summa auctoritas erat ante bellum ciuale. <sup>12</sup> illo tempore. <sup>13</sup> quo tempore. <sup>14</sup> Senatui. <sup>15</sup> obedire. <sup>16</sup> an vero putas, quod ego reprehendam, vos Senatui paruisse? <sup>17</sup> vos enim non potuistis aliter face: e propter vestrum genus, nomen, &c. <sup>18</sup> moribus vestris, praeceptis & institutis, secundum quae vos geritis. <sup>19</sup> res. <sup>20</sup> per factam sortitionem missus est TUBERO in prouinciam ex Senatus Consulto vel mandato. <sup>21</sup> constituerat. <sup>22</sup> scio. <sup>23</sup> amicitias, conuersationem. <sup>24</sup> ego & TUBERO simul fuimus in litteris instructi. <sup>25</sup> socii. <sup>26</sup> amicitiae nostrae est. <sup>27</sup> semper inter nos fuit vna voluntas. <sup>28</sup> Gato.

reip. sanctissimum nomen opponebat <sup>29</sup>, vt, etiam si aliter sentiret, verborum <sup>30</sup> tamen ipsorum pondus <sup>31</sup> sustinere <sup>32</sup> non posset <sup>33</sup>. Cessit <sup>34</sup> auctoritati amplissimi viri <sup>35</sup>, vel potius paruit. Vna <sup>36</sup> est profectus cum iis <sup>37</sup>, quorum <sup>38</sup> erat vna causa: tardius iter fecit. Itaque in Africam venit iam occupatam <sup>38</sup>. Hinc in Ligarium crimen <sup>40</sup> oritur vel ira potius. Nam, si crimen est ullum, voluisse <sup>41</sup>: non minus magnum <sup>42</sup> est, vos <sup>43</sup> Africam, omnium prouinciarum arcem <sup>44</sup>, natam ad bellum contra hanc urbem <sup>45</sup> gerendum, obtinere voluisse, quam aliquem se maluisse <sup>46</sup>: atque is tamen aliquis, Ligarius non fuit. Varus imperium se habere dicebat: fasces <sup>47</sup> certe habebat. Sed, quoquo modo sese illud habet, haec quærela vestra, Tubero, quid valet <sup>48</sup>? RECEPTI <sup>49</sup> IN PROVINCIAM NON SV-

<sup>29</sup> praetexebat, cum Tuberonem urgeret & persuadere vellet, ut in prouinciam proficeretur. <sup>30</sup> quibus ipsum persuadere volebat Cato. <sup>31</sup> vim. <sup>32</sup> ferre diutius. <sup>33</sup> & ita eandem se persuaderi passus fuerit. <sup>34</sup> persuaderi se passus est. <sup>35</sup> Pompeii. <sup>36</sup> simul. <sup>37</sup> reliquis prouinciarum praefectis. <sup>38</sup> qui omnes iussi erant a Pompeo & Senatu in prouincias ire. <sup>39</sup> a P. Accio Varo, non a Ligario. <sup>40</sup> accusatio. <sup>41</sup> quod quis voluntatem & intentionem habuit. <sup>42</sup> crimen. <sup>43</sup> voluisse, quod vos voluistis. <sup>44</sup> perfugium. <sup>45</sup> Romam. <sup>46</sup> quod aliquis alius maluit pro se obtinere Africam. <sup>47</sup> insignia praefecturae & imperii. <sup>48</sup> quem usum habet? quem scopum habet, quid vult illa sibi? <sup>49</sup> vos equidem respondetis, recepti &c.

<sup>50</sup> quid



SVMVS. Quid <sup>50</sup> si essetis <sup>51</sup>? Caesarine eam tradituri fuissetis, an <sup>52</sup> contra eum retenturi?

<sup>50</sup> quid futurum fuisset. <sup>51</sup> recepti. <sup>52</sup> fuissetis eam prouinciam.

## CAPVT VIII.

**V**IDE, quid licentiae<sup>1</sup>, Caesar, nobis tua liberalitas det, vel potius audaciae<sup>2</sup>. Si responderit Tubero, Africam, quo<sup>3</sup> senatus eum forsque miserat, tibi<sup>4</sup> patrem suum traditurum fuisse: non dubitabo<sup>5</sup> apud ipsum te, cuius id eum facere interfuit<sup>6</sup>, grauissimis verbis eius consilium reprehendere<sup>7</sup>. Non enim si tibi ea res<sup>8</sup> grata<sup>9</sup> fuisset, esset etiam probata<sup>10</sup>. Sed iam hoc totum omitto<sup>11</sup>, non tam ut ne offendam tuas patientissimas aures, quam<sup>12</sup> ne Tubero, quod nunquam cogitauit<sup>13</sup>, facturus fuisse<sup>14</sup> videatur. Veniebatis igitur in Africam prouinciam, vnam ex omnibus huic victoriae maxime infestam<sup>15</sup>, in qua erat rex<sup>16</sup> potentissimus, inimicus huic causae<sup>17</sup>, aliena voluntas<sup>18</sup>, conuentus<sup>19</sup> firmi atque magni. Quaero, quid facturi fuissetis?

Quan-

<sup>1</sup> Quantam licentiam dicendi. <sup>2</sup> quantam audaciam dicendi. <sup>3</sup> in quam Africam. <sup>4</sup> Caesari. <sup>5</sup> verebor. <sup>6</sup> cuius summa utilitas fuit, si Tuberonis pater prouinciam tradidisset. <sup>7</sup> castigare, carpere. <sup>8</sup> haec proditio prouinciae. <sup>9</sup> iucunda. <sup>10</sup> laudata. <sup>11</sup> de hoc non loquar. <sup>12</sup> quam ideo. <sup>13</sup> voluit facere. <sup>14</sup> facere voluisse. <sup>15</sup> quae sola ferre ex omnibus prouinciis inimicissima fuit Caesari, & eius victoriis obstitit. <sup>16</sup> Iuba Rex Numidia, Pompeii amicus. <sup>17</sup> Caesaris. <sup>18</sup> odium erga Caesarem. <sup>19</sup> in ea quoque Prouincia, conuentus sociorum agebantur, qui in magna erant potentia.

D 5

<sup>10</sup> quod

Quanquam, quid facturi fueritis, dubitem<sup>20</sup>, cum videam, quid feceritis? Prohibiti estis<sup>21</sup> in po- uincia vestra pedem ponere, & prohibiti, ut per- hibetis<sup>22</sup>, summa cum iniuria. Quomodo id tu- listis<sup>23</sup>? acceptae iniuriae querelam ad quem de- tulistis? nempe ad eum, cuius auctoritatem se- cuti<sup>24</sup> in societatem belli veneratis<sup>25</sup>. Quod si  
<sup>26</sup> Caesaris causa in prouinciam veniebatis, ad eum profecto exclusi prouincia<sup>27</sup> venissetis. Ve- niistis ad Pompeium. Quae est<sup>28</sup> ergo apud Cae- sarem querela, cum<sup>29</sup> eum accusatis, a quo que- ramini vos prohibitos contra Caesarem bellum gerere? Atque in hoc<sup>30</sup> quidem vel cum mendacio, si vultis, gloriari per me licet<sup>31</sup>, vos prouin- ciam fuisse Caesari tradituros, etiam si a Varo, & quibusdam aliis prohibiti essetis. Ego autem confitebor culpam esse Ligarii, qui vos tantae laudis occasione priuauerit<sup>32</sup>.

<sup>20</sup> quid opus est ut dubitem. <sup>21</sup> impediri. <sup>22</sup> dicitis.  
<sup>23</sup> accepistis. <sup>24</sup> vos qui eratis securi. <sup>25</sup> eratis eius socii in bello, <sup>26</sup> si vero. <sup>27</sup> vos, cum non essetis admissi in prouinciam. <sup>28</sup> quid opus ergo est, ut querelam deferatis ad Caesarem. <sup>29</sup> dum, quando. <sup>30</sup> hac parte. <sup>31</sup> per me licet, per me potestis gloriari etiam cum mendacio, si vul- tis, vos tradere voluisse Caesari prouinciam; quod tamen falsum est. <sup>32</sup> qui vobis eripuerit occasionem tantam lau- dem adipiscendi.

## CAPUT IX.

**S**ed vide, quaeſo, C. Caesar, constantiam ornatissimi<sup>1</sup> viri, L. Tuberonis: quam ego, quamuis ipſe

\* Ironia: ornatūs dicitur, qui egregio aliquo munere functus est.

<sup>2</sup> Lau-

ipse probauerim <sup>2</sup>, vt probo, tamen non commemorarem, nisi <sup>3</sup> a te cognouissem in primis eam virtutem solere laudari. Quae fuit igitur vñquam in vlo homine tanta <sup>4</sup> constantia? constantiam dico? nescio, an melius patientiam possem dicere, quotus enim istud quisque fecisset, vt, a quibus <sup>5</sup> in dissensione ciuili non esset receptus, essetque etiam cum crudelitate <sup>6</sup> reiectus, ad eas ipsas partes rediret? Magni cuiusdam animi, atque eius viri est <sup>7</sup>, quem de suscepta <sup>8</sup> causa, propositaque sententia, nulla contumelia, nulla vis, nullum periculum posset depellere <sup>9</sup>. Ut enim <sup>10</sup> cetera paria Tuberoni cum Varo fuissent, honos, nobilitas, splendor, ingenium, quae nequaquam fuerunt <sup>11</sup>: hoc certe praecipuum Tuberonis <sup>12</sup> fuit, quod iusto <sup>13</sup> cum imperio ex S.C. <sup>14</sup> in prouinciam suam venerat. Hinc prohibitus <sup>15</sup> non ad Cae- farem <sup>16</sup>, ne iratus <sup>17</sup>: non domum <sup>18</sup>, ne iners <sup>19</sup>: non <sup>20</sup> aliquam in regionem, ne condemnare cau-  
sam

---

<sup>2</sup> laudauerim. <sup>3</sup> nisi cognouissem, ac dudum scirem. <sup>4</sup> an vero vñquam in vlo homine tanta constantia fuit? <sup>5</sup> partibus. <sup>6</sup> maxima eum ignominia. <sup>7</sup> hoc magnum animum & tales virum decet. <sup>8</sup> semel suscepta. <sup>9</sup> dehortari, dimouere. <sup>10</sup> ponamus enim, quod Tubero cum Va- ro in omnibus par fuerit. <sup>11</sup> quae tamen omnia paria in- ter ambos non fuerunt. <sup>12</sup> in Tuberone. <sup>13</sup> rite & iustis modis impetrato. <sup>14</sup> iuxta Senatus Consultum. <sup>15</sup> cum vero impediretur, ne in prouinciam possit pedem pone- re. <sup>16</sup> venit. <sup>17</sup> ne videretur esse iratus Pompeio. <sup>18</sup> non Romam rediit. <sup>19</sup> ne videretur nihil fecisse. <sup>20</sup> non venit.

sam <sup>21</sup> illam, quam secutus esset, videretur: in <sup>22</sup> Macedoniam ad Cn. Pompeii castra, venit, in eam ipsam causam <sup>23</sup>, a qua erat reiectus cum iniuria. Quid <sup>24</sup>? cum ista res <sup>25</sup> nihil commouisset eius <sup>26</sup> animum, ad quem <sup>27</sup> veneratis: languidiore, credo, studio in causa fauistis <sup>28</sup>: tantummodo in praesidiis <sup>29</sup> eratis: animi vero a causa <sup>30</sup> abhorrebat. An, ut fit in ciuilibus bellis, nec in vobis magis, quam in reliquis, omnes vincendi studio tenebamur <sup>31</sup>? Pacis equidem semper auctor <sup>32</sup> fui: sed tum <sup>33</sup> fero, erat enim amentis <sup>34</sup>, cum aciem <sup>35</sup> videres, pacem cogitare. Omnes, inquam, vincere volebamus: tu <sup>36</sup> certe praecipue, qui in eum locum <sup>37</sup> venisses, ubi <sup>38</sup> tibi esset <sup>39</sup> pereundum, nisi vicisses: quanquam, ut nunc se res habet <sup>40</sup>, non dubito, quin hanc salutem <sup>41</sup> anteponas illi victoriae <sup>42</sup>.

---

<sup>21</sup> Pompeii. <sup>22</sup> sed in. <sup>23</sup> partes. <sup>24</sup> quid porro dicam.  
<sup>25</sup> illa querela Tuberonis de prohibitione ab Africa. <sup>26</sup> Pompeii. <sup>27</sup> in cuius castra. <sup>28</sup> inde credo & persuadeor, quod fauor vester erga causam Pompeii plurimum fuerit imminutus. <sup>29</sup> in custodia in urbe Dyrrachio, ad quam Caesar venit. <sup>30</sup> Pompeiana. <sup>31</sup> annon omnes volebamus vincere, sicuti fieri solet in bellis ciuilibus, dum vos non minus vincendi cupiditatem habuistis, quam reliqui haberunt. <sup>32</sup> suafor. <sup>33</sup> illo tempore. <sup>34</sup> stultissimi hominis hoc erat. <sup>35</sup> praesentem pugnam. <sup>36</sup> volebas vincere Caesar. <sup>37</sup> conditionem, statum, vel in campos Pharsalicos. <sup>38</sup> in quo. <sup>39</sup> fuisset. <sup>40</sup> quemadmodum nunc res compara est. <sup>41</sup> fortunam, clementiam, victoriam. <sup>42</sup> Pompeii victoriae quae dubio procul crudelis & tristis fuisset.

CAPVT

## CAPVT X.

**H**Aec ego non dicerem, Tubero, si aut vos constantiae vestrae, aut Caesarem beneficiiū sui poeniteret. Nunc quaero, vtrum vestras iniurias, an<sup>1</sup> reip. persequamini<sup>2</sup>? si reipublicae<sup>3</sup>, quid de vestra in ea causa<sup>4</sup> persequerantia respondebitis? si<sup>5</sup> vestras, videte, ne erretis, qui Caesarem vestris inimicis iratum fore putetis, cum<sup>6</sup> ignouerit suis<sup>7</sup>. Itaque num tibi videoor, Caesar, in causa Ligarii occupatus esse<sup>8</sup>? num<sup>9</sup> de eius facto<sup>10</sup> dicere? quidquid dixi, ad vitam summam referri volo vel humanitatis, vel clementiae, vel misericordiae tuae. Causas, Caesar, egi multas, & quidem tecum<sup>11</sup>, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum<sup>12</sup>? certe nunquam hoc modo<sup>13</sup>, Ignoscite: iudices, errauit: lapsus est: non putauit: si vnquam posthac<sup>14</sup>, ad parentem<sup>15</sup> sic agi solet, ad iudices<sup>16</sup>: Non fecit, non cogitauit, falsi testes<sup>17</sup>, fictum crimen<sup>18</sup>. Dic, te, Caesar, de facto

Li-

<sup>1</sup> An iniurias. <sup>2</sup> vēlitis de iis conquerī. <sup>3</sup> si persequī vultis iniurias reipublicae. <sup>4</sup> Pompeii. <sup>5</sup> si persequi vultis vestras iniurias. <sup>6</sup> cum tamen. <sup>7</sup> inimicis. <sup>8</sup> multa dicere. <sup>9</sup> num videoor tibi. <sup>10</sup> delicto. <sup>11</sup> qui etiam tanquam Orator, caussas egisti olim. <sup>12</sup> dum necesse fuit propter honores & magistratus, quos gessisti, vt in foro versareris. <sup>13</sup> egi caussas pro aliquo reo, vt dixerim: Ignoscite. <sup>14</sup> si vnquam posthac similem errorem committet, tunc potestis in illum animaduertere. <sup>15</sup> qui errantibus liberis facile ignoscit, sic dici solet. <sup>16</sup> ita dicere solemus. <sup>17</sup> sunt. <sup>18</sup> accusatio est.

Ligarii iudicem esse : quibus in praesidiis fuerit  
<sup>19</sup>, quaere <sup>20</sup>. Taceo <sup>21</sup> : ne haec quidem colligo  
<sup>22</sup>, quae fortasse valerent <sup>23</sup> etiam apud iudicem.  
 Legatus <sup>24</sup> ante bellum profectus, relictus in pa-  
 ce, bello oppressus, in eo non acerbus <sup>25</sup> : tum <sup>26</sup>  
 etiam totus animo & studio <sup>27</sup> tutus <sup>28</sup>. Ad iudi-  
 eem sic agi solet : sed ego ad parentem <sup>29</sup> loquor.  
 Erravi, temere feci <sup>30</sup>, poenitet : ad clementiam  
 tuam confugio : delicti veniam peto : ut igno-  
 fcas, oro : si nemo impetravit, arroganter <sup>31</sup> : si  
 plurimi <sup>32</sup>, tu idem <sup>33</sup> fer opem, qui spem <sup>34</sup> dedi-  
 sti. An sperandi <sup>35</sup> Ligario causa non sit, cum mi-  
 hi apud te sit locus <sup>36</sup> etiam pro altero deprecan-  
 di <sup>37</sup>? Quanquam neque in hac oratione spes est  
 posita caue, nec in eorum studiis <sup>38</sup>, qui a te pro  
 Ligario petunt <sup>39</sup>, tui <sup>40</sup> necessarii.

<sup>19</sup> quem locum defenderit contra te. <sup>20</sup> interroga me,  
<sup>21</sup> de hac re ne verbulum quidem proferam, & per hoc  
 meum silentium fatebor culpam Ligarii ea in re. <sup>22</sup> com-  
 memorabo. <sup>23</sup> excusare possent reum. <sup>24</sup> ita enim dice-  
 re possem pro Ligario ad iudicem : Legatus est profectus  
 &c. <sup>25</sup> in bello se non gessit crudelem. <sup>26</sup> praeteream.  
<sup>27</sup> fauore. <sup>28</sup> fuit, partes tuas, Caesar, tenuit. <sup>29</sup> ad te,  
 tanquam ad patrem patriae communem. <sup>30</sup> imprudenter,  
 stulte. <sup>31</sup> equidem arroganter facio & veniam peto, si ne-  
 mo hactenus eam impetravit a te. <sup>32</sup> si vero multi alii ve-  
 niām a te impetrarunt. <sup>33</sup> ipse porro. <sup>34</sup> spem veniae.  
<sup>35</sup> veniam. <sup>36</sup> occasio, libertas. <sup>37</sup> intercedendi, veniam  
 rogandi, spes caussae bonae. <sup>38</sup> fauore. <sup>39</sup> intercedunt,  
<sup>40</sup> & qui sunt tui cognati & amici.

CAPVT

## CAPVT XI.

Vidi enim, & cognoui quid maxime spectares,  
 cum pro alicuius salute multi laborarent<sup>1</sup>:  
 causas apud te rogantium gratiores esse<sup>2</sup>, quam  
 vultus: neque spectare, quam tuus esset necessa-  
 riis is, qui te oraret: sed quam illius, pro quo  
 laboraret<sup>3</sup>. Itaque tribuis<sup>4</sup> tu quidem tuis<sup>5</sup> ita  
 multa, vt mihi beatiores illi esse videantur in-  
 terdum, qui tua liberalitate fruuntur, quam tu  
 ipse, qui illis tam multa concedis. Sed video ta-  
 men, apud te causas<sup>6</sup>, vt dixi, rogantium valere  
 plus, quam preces: ab iisque te moueri<sup>7</sup> maxi-  
 me, quorum iustissimum dolorem videoas in pe-  
 tendo. In Q. Ligario conseruando, multis tu  
 quidem gratum<sup>8</sup> facies necessariis tuis: sed  
 hoc, quaeſo, considera, quod soles<sup>9</sup>. Possum  
 fortissimos viros, Sabinos, tibi probatissimos<sup>10</sup>,  
 totumque agrum<sup>11</sup> Sabinum, florem<sup>12</sup> Italiae,  
 ac robur reip. proponere<sup>13</sup>, nosti optime homi-  
 nes: animaduerte<sup>14</sup> horum omnium moe-  
 stitiam, & dolorem: huius T. Brocchi,  
 de

<sup>1</sup> Multis precibus intercederent. <sup>2</sup> quod gratiores sci-  
 licet sint cauſae, ob quas petunt, quam vultus tristes &  
 submissionem indicantes. <sup>3</sup> & te non id spectare, quam ar-  
 etia cognitione ille sit tibi coniunctus, qui pro alio rogat,  
 sed id potius, quam arte coniunctus sit reus illis, qui pro  
 ipso rogant. <sup>4</sup> concedis, <sup>2</sup> zu fallen thun. <sup>5</sup> amicis & neceſ-  
 sariis. <sup>6</sup> quae a roganibus adferuntur. <sup>7</sup> persuaderi ad  
 clementiam. <sup>8</sup> gratiam, iucundam rem. <sup>9</sup> considerare.  
<sup>10</sup> quorum fidem & integritatem nouisti. <sup>11</sup> prouinciam,  
 tractum. <sup>12</sup> pulcherrimam partem. <sup>13</sup> hoc adducere, qui  
 omnes pro Ligario rogan-unt. <sup>14</sup> considera.

<sup>15</sup> pre-

de quo non dubito<sup>15</sup> quid existimes, lachrymas,  
squaloremque<sup>16</sup> ipsius, & filii vides. Quid de fra-  
tribus<sup>17</sup> dicam? noli, Caesar, putare, de vnius ca-  
pite<sup>18</sup> nos agere. Aut tres tibi Ligarii retinendi  
in ciuitate sunt, aut tres ex ciuitate exterminandi<sup>19</sup>,  
quod quis exilium his est optatius<sup>20</sup>, quam pa-  
tria, quam domus, quam dñi penates, uno<sup>21</sup> il-  
lo exsultante. Si<sup>22</sup> fraterne, si pie<sup>23</sup>, si cum dolo-  
re faciunt, moueant te horum lacrymae, moueat  
pietas, moueat germanitas<sup>24</sup>: valeat tua vox  
<sup>25</sup> illa, quae vicit<sup>26</sup>. Te enim dicere audieba-  
mus. Nos<sup>27</sup>, omnes aduersarios putare, nisi  
<sup>28</sup> qui nobiscum essent<sup>29</sup>: te, omnes<sup>30</sup>, qui  
contra te non essent, tuos. Videsne igitur hunc  
splendorem<sup>31</sup>, omnem hanc Brocchorum domum<sup>32</sup>,  
hunc L. Marcium, C. Caefetium, L. Corsidium,  
hosce omnes equites Rom. qui adsunt veste mu-  
tata<sup>33</sup>, non solum notos tibi, verum etiam proba-  
tos<sup>34</sup> viros, tecum<sup>35</sup> fuisse? Atque his maxime

iræ-

<sup>15</sup> probe scio. <sup>16</sup> sordidas vestes, promissam barbam, ac  
capillos promissos. <sup>17</sup> Ligarii. <sup>18</sup> vita. <sup>19</sup> ciiciendi. <sup>20</sup>  
charius. <sup>21</sup> si solus ille noster Ligarius in exilio erit. <sup>22</sup>  
dum igitur. <sup>23</sup> ut decet fratres, qui fratrem suum amant.  
<sup>24</sup> quod germani fratres sunt. <sup>25</sup> oratio. <sup>26</sup> hostem, dum  
dixisti, ne quis ciuem occideret. <sup>27</sup> qui eramus a partibus  
Pompeii. <sup>28</sup> praeter eos. <sup>29</sup> a partibus nostris starent. <sup>30</sup>  
audiuiimus autem, te putare omnes eos, tuos esse amicos.  
<sup>31</sup> hos splendidos equites Romanos. <sup>32</sup> familiari totam.  
<sup>33</sup> lugubri, sordida. <sup>34</sup> laudatos, fideles. <sup>35</sup> a partibus  
tuis stetisse.

<sup>36</sup> nos,

itascebamus<sup>36</sup>, hos requirebamus, & his nonnulli etiam minabantur. Conserua igitur tuis<sup>37</sup> suos: ut, quemadmodum certa<sup>38</sup>, quae dicta sunt a te, sic hoc verissimum reperiatur. Quod si penitus perspicere posses concordiam Ligiorum, omnes fratres tecum iudicares fuisse. An potest quisquam dubitare, quin, si Q. Ligarius in Italia esse potuisset, in eadem sententia futurus fuerit<sup>39</sup>, in qua fratres fuerunt: quis est<sup>40</sup>, qui horum<sup>41</sup> consensum<sup>42</sup> conspirantem, & pene conflatum<sup>43</sup>, in hac prope aequalitate<sup>44</sup> fraterna non nuerit? qui<sup>45</sup> hoc non sentiat, quidvis prius futurum fuisse, quam ut hi fratres diuersas sententias, fortunasque<sup>46</sup> sequerentur? Voluntate<sup>47</sup> igitur omnes tecum fuerunt: tempestate<sup>48</sup> abrepitus est unus<sup>49</sup>: qui si<sup>50</sup> consilio<sup>51</sup> id fecisset<sup>52</sup>: esset<sup>53</sup> eorum similis, quos tu tamen saluos esse voluisti.

<sup>36</sup> nos qui a partibus Pompeii eramus, irascebamus his equitibus, quoniam te, Caesar, sequebantur. <sup>37</sup> amicis. <sup>38</sup> verissima reperta sunt. <sup>39</sup> & a partibus tuis steterit. <sup>40</sup> nemo est. <sup>41</sup> fratrum Ligiorum. <sup>42</sup> vnanimitatem. <sup>43</sup> ex pluribus partibus veluti in unum corpus redactum. <sup>44</sup> qui aequales sibi inuicem sunt honoribus, aetate, dignitate &c. <sup>45</sup> quis est, qui. <sup>46</sup> partes, caussas. <sup>47</sup> quoad voluntatem. <sup>48</sup> per casum aliquem inopinatum, & per vim belli. <sup>49</sup> ex his fratribus. <sup>50</sup> etsi. <sup>51</sup> studio praemeditato. <sup>52</sup> Pompeii partes secutus fuisse. <sup>53</sup> saltim esse hic similis, qui etiam contra te fuerunt, & tamen sunt a te conseruati.

CAP.



## CAPVT XII.

**S**ed ierit<sup>1</sup> ad bellum: discesserit non a te solum,  
verum etiam a fratribus: hi te orant tui. Equi-  
dem, cum tuis omnibus negotiis<sup>2</sup> interessesem, me-  
moria teneo<sup>3</sup>, qualis<sup>4</sup> T. Ligarius, quaestor urba-  
nus<sup>5</sup>, fuerit erga te<sup>6</sup>, & dignitatem tuam. Sed pa-  
rum est me hoc meminisse, spero etiam te, qui ob-  
liuisci nihil soles, nisi iniurias, quoniam hoc est  
animi, quoniam etiam ingenii tui<sup>7</sup>, te aliquid  
de huius illo quaestoris officio cogitantem, etiam  
de aliis quibusdam quaestoribus reminiscentem  
recordari. Hic igitur T. Ligarius, qui tum nihil  
agit aliud (neque enim haec<sup>8</sup> diuinabat<sup>9</sup>) nisi<sup>10</sup>,  
ut tu eum studiosum<sup>11</sup>, & bonum virum iudica-  
res, nunc a te supplex fratris salutem petit, quam  
<sup>12</sup> huius<sup>13</sup> admonitus<sup>14</sup> officio<sup>15</sup> cum<sup>16</sup> vtris-  
que his<sup>17</sup> dederis, tres fratres optimos & integer-  
rimos, non solum sibi ippos, neque<sup>18</sup> his tot ac ta-  
litus viris, neque nobis necessariis suis, sed etiam  
reip. condonaueris. Fac igitur quod de homine  
nobilissimo & clarissimo, Mr. Marcello, fecisti nu-  
per in curia, nunc idem<sup>19</sup> in foro de optimis, &  
huic<sup>20</sup> omni frequentiae, probatissimis fratribus.

Vt

<sup>1</sup> Ponamus, quod Ligarius ierit ad bellum, & quod dis-  
senserit. <sup>2</sup> actionibus, rebus gestis. <sup>3</sup> recordor. <sup>4</sup> quam  
fauens & benevolus. <sup>5</sup> Vrbis Romae. <sup>6</sup> te recordari cogi-  
tantem aliquid &c. <sup>7</sup> quoniam haec obliuio iniuriarum  
proprie spectat ad magnitudinem animi tui. <sup>8</sup> futura. <sup>9</sup>  
coniicere poterat. <sup>10</sup> nisi id. <sup>11</sup> amantein. <sup>12</sup> salutem. <sup>13</sup>  
Quaestoris Ligarii. <sup>14</sup> rogatus. <sup>15</sup> tibi praestito. <sup>16</sup> quan-  
do. <sup>17</sup> fratribus Ligarii. <sup>18</sup> non solum. <sup>19</sup> eandem cle-  
mentiam demonstrat. <sup>20</sup> & qui apud omnes huic prae-  
sen-

Vt concessisti <sup>21</sup> illum <sup>22</sup> senatui, sic da hunc <sup>23</sup> populo: cuius voluntatem carissimam semper habui-  
sti: & si ille <sup>24</sup> dies tibi gloriofissimus populo Rom.  
gratissimus fuit: noli obsecro, dubitare <sup>25</sup>, C. Cae-  
far, similem illi <sup>26</sup> gloriae laudem quam saepissime  
quaerere. Nihil est enim tam populare <sup>27</sup>, quam  
bonitas: nulla de virtutibus tuis plurimis nec ad-  
mirabilior, nec gravior misericordia <sup>28</sup> est. Homi-  
nies enim ad deos nulla re <sup>29</sup> propius accedunt,  
quam salutem hominibus dando <sup>30</sup>. Nihil habet  
nec fortuna <sup>31</sup> tua maius, quam vt possis <sup>32</sup>: nec  
natura <sup>33</sup> tua melius, quam vt velis conseruare  
quam plurimos. Longiorem orationem causa  
forsitan postulat, tua certe natura breuiorem. Qua-  
re, cum utilius esse arbitrer te ipsum <sup>34</sup>, quam aut  
me, aut quemquam, loqui tecum <sup>35</sup>, finem <sup>36</sup> iam  
faciam, tantum <sup>37</sup> te ipsum admonebo, si illi <sup>38</sup> ab-  
senti salutem dederis, praesentibus his <sup>39</sup> omnibus  
te daturum <sup>40</sup>.

fentes in summa laude sunt. <sup>21</sup> restitui. <sup>22</sup> M. Marcellum,  
<sup>23</sup> Ligarium. <sup>24</sup> quo Marcellum restituisti. <sup>25</sup> velis. <sup>26</sup>  
superiori. <sup>27</sup> populo gratum & iucundum. <sup>28</sup> quam mis-  
ericordia. <sup>29</sup> per nullam aliam rem. <sup>30</sup> fstant. <sup>31</sup> status for-  
tunatus. <sup>32</sup> seruare plurimos. <sup>33</sup> ad misericordiam procli-  
uis. <sup>34</sup> potius, quam me &c. <sup>35</sup> te ipsum apud te medita-  
ri. <sup>36</sup> orationis, dicendi. <sup>37</sup> hoc solummodo adhuc. <sup>38</sup>  
Ligario. <sup>39</sup> qui pro Ligario deprecantur. <sup>40</sup> esse salutem.

## SENTENTIAE.

**A**ccusatori maxime optandum est, ut habeat con-  
sistentem reum.

Laus propinquorum ad nostrum aliquem fru-  
elum redundant.

Cru-



*Crudelitas est arguere fatentem.*

*Non est accusandus, qui causam habet meliorem quam accusator, aut certe parem.*

*Non est concedendum, ut, quibus rebus alii gloriantur, easdem in aliis reprehendant.*

*Magnum est amicitiae vinculum studiorum similitudo.*

*Non, si cuiquam res grata est, eadem est etiam probata.*

*Magni cuiusdam animi est, quem de suscepta causa propositaque sententia nulla contumelia, nulla vis, nullum periculum possit depellere.*

*Amentis est, cum aciem videat, pacem cogitare.*

*Non facile irascetur aliorum inimiciis, qui ignoravit suis.*

*Nihil est tam populare quam bonitas.*

*Homines ad D E V M nulla re proprius accedunt, quam salutem hominibus dando.*

*Nihil habere potest, nec fortuna nostra maius, quam ut possimus, nec natura melius, quam ut velimus conseruare quoniam plurimos.*

#### ORATIO IV.

*quae est*

## PRO REGE DEIOTARO.

Argumentum Orationis pro Deiotaro.

**D**eiotarus Rex seu Tetrarcha Gallo-Graeciae seu Galatiae pene totius & Armeniae minoris, populo Romano amicissimus, bello ciuali cum Pom-